que pretendere non dissimularent. Hec acta sunt in die beati Andree apostoli, quo die nemus seu silvam in orientali parte monasterii sitam et adiacentem extremam suam oblacionem beato Petro obtulit. Vixit autem post conversionem suam solum mensibus duobus et diebus quinque mortuusque Nonas Februarii anno vite sue L°IX sepultusque est a Withmanno archiepiscopo Magdeburgensi filio sororis sue, in medio ecclesie, ubi in dextra eius uxor est. Et postea in eodem latere Mechtildis soror eius, mater archiepiscopi (Wichmanni) ~~[illegible]~~ qui fuit filius Geronis marchionis tunc de Bavaria, ut supra dictum fuit. Cuius exequiis interfuerunt Albertus marchio Brandenburgensis, qui eius habuit filiam et Hermannus, filius Alberti, et Walo Havelbergensis episcopus et omnes filii sui preterquam Otto marchio Misnensis, qui aliis prepeditus interesse non potuit.

fo!

De ortu Wichmanni archiepiscopi

cuius =

Misnensis

X. stipes.

rot.

~~Misnensis~~ + f. CCLVII d.

Otto marchio Misnensis, filius Conradi, recepit uxorem Hedwigem, filiam Alberti marchionis Saxonie. Hic Otto tamquam senior advocaciam ~~ad noticiam~~ monasterii in Monte Sereno obtinuit atque fidelissime a cunctis hostibus protexit, qui tandem divina inspiracione compunctus, cum ei Cisterciensis ordinis institucio innotuisset, ratus est congregacionem in suo dominio Misnensi dicti ordinis institucionem[b] se habere, sic monasterium Portense Nuenburgensis dyocesis adiit ibique fratres eiusdem ordinis impetravit atque in monasterio Cellensi, quod propriis sumptibus sollempniter fundavit atque multis prediis dotavit, instituit. Causam vero secundariam institucionis ita in cronica Sereni Montis sic reperi. Cum enim uxor Ottonis marchionis Hedwigis in monasterio sancti Petri Sereni Montis

~~advocaciam c.~~ ~~ad noticiam c.~~

~~Misn.~~

b) institucoz c.

fo!